



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 1. Sequentis historiæ author laudatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

atus, cum alijs Dei athletis, exultauerunt. Et vniuersim, esse maximum bonitatis Dei & affectûs, in optimos quosque, quos hîc varijs incommodis exercet, argumentum, præter D. Dionysium, & alios, Gazæus declarat. Philo ita loquitur: *Oportebat, quo magis elucerent meliora, etiam deteriora produci a potentia bonitatis summa, qua Deus est.*

Areop.  
De diu.  
non c. 8.  
S. Aug.  
q. 82. ex  
83. Gazæ-  
us in suo  
Theo-  
phrasto.  
Philo l. 2.  
Allego-  
riar.

## CAPVT XV.

*Mirabile diuina equitatis & boni-  
tatis, per Lupos, auxilia fa-  
cientis exemplum.*

§. I.

*Sequentis historia Author laudatus.*



Quoniam superiore capite ex profano authore ostendimus, diuinam bonitatem, etiam in vulpe libera- trice, succurrentem, atque è barathro, siue Ceadâ educentem, addam hîc, quod ab ho- mine fide digno, pio, docto, & verè Religio- so, eóq; Societatis nostrę candidissimæ men- tis sacerdote, ac sene audiui, quem meritò omnes ex Iouis tabulis testem dicebant esse potuisse, *in quo dolus non erat, & in cuius ore non est inuentum mendacium.* Is, cùm ali- quando nobis sermo, de varietate Dei ho- mines

Io. 1. 47.  
Apo. 14. 5.

mines ad Societatem nostram vocantis, incidisset, cum alto suspirio, mihi dixit, narraturum se admirabilem vocationem, stupendo modo, miserantis Dei, si ei promittere velim; me nomen eius non interrogaturum, de quo historiam verissimam vellet recitare; nam & nomen sibi constare, & notum virum; sed causas esse; cur non proderet. E quibus dictis, aliisque rebus, quas de eo noveram, aliud conijcere non potui, quàm illum ipsum esse; cui id euenisset. Præsertim quia sæpius postea rogantem me, ut nomen & personam interrogandi potestatem faceret; ille ipse me longè vehementiùs rogavit, ne interrogarem: ut proinde visus sit, mihi, malle Deo taciturna humilitate, quàm, apud homines, vocatione prodigiosa notus esse. Quare, imitatione D. Ioannis Euangelistæ (qui & ipse, quæ de se refert, tanquam de tertio, solet commemorare) eum, cui ipsi omnia reliqua narrationi adiuncta quadrabant, in hunc ferè modum, & ordientem, & perorantem, sitientissimis auribus, audiui.

§. II.

*Lupus adolescentem, ex arcto carcere, & valida latronum manu, Dei providentia missus liberat.*

Y 2

Ado-